nius *eleg. Com. de Re Diplomatica*, certatim eruditi in eruendis hiſce literariis theſauris Antiqvitatum ſtrenuam operam navarunt, Atqve hoc etiam propoſitum fuit Autoris *Pomeraniæ Diplomaticæ*, nimirum antiqvitates ſuas patrias non e fabulis & incertis Chronicis veterum Monachorum hauriendi ac illuſtrandi, ſed ex Diplomat. & Tabulis publicis non uno ex loco ab ipſo erutis. Qvid præſtiterit B. L. ex Lectione operis ipſe judicabit, præmiſſæ ſunt virorum celeberrimorum origines Pomeranicæ, qvo vetuſtisſimæ gentis antiqvitates eo clarius paterent. Tu L. B. his fruere huicqve labori difficili fave.